

Ad Eundem Musicum & Fratrem  
Amandum.

**H**ætenus argutæ vt volucres, sub frigore duro  
Temporis hyberni, quæ silvære diu:  
Indulgent iterum cantu nunc tempore veris:  
Et fingunt Varios promere voce sonos.  
Sic sudore Scholæ sub duro, qui tacuisti,  
Informans pubem sedulitate rudem:  
Nunc etiam promis Cantus, charissime frater,  
In Christi laudes, quos tibi Musa dedit.  
Promis & audiri variis hos vocibus, atq;  
Pulpita templorum sæpè sonare, finis.  
O res grata, pios hos suscepisse labores  
Haud te pæniteat, frater amande mihi.  
Non tibi (ne metuas) surgens Acherontis ab amne  
Tristi, Livor edax exitiosus erit.  
Nec minus adiunctos aliis, pia turba sonabit  
Cantus dulcisonos, quos tua Musa dedit.  
Salvete O lepidi pleni pietate libelli,  
Atq; lepore, mei maxima cura G E S I.  
Salvete, & facite hunc, fruitur dum luminis usu,  
Inter honoratos nomen habere viros.

*Jacobus Gesius Ecclesie patriæ  
Diaconus.*

Ordenung